



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De suspensione Indulgentiarum. Cap. XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

De Suspensione Indulgentiarum, &c.

In his Clausulis conceditur potestas Commissario Cruciatæ suspendendi omnes alias Indulgentias, & gratias, qui de facto suspen-
dit, quando Bullam promulgat (pro illo scilicet promulgationis anno) quamvis deinde idem Commissarius in eadem promulgatione concedat Bullam sumentibus revalidationem prædictarum Indulgentiarum, & Gratiarum. Quare qui Bulla caret, non acquirit illas Indulgentias, quia pro ipso suspensa remanent; qui autem Bullam accipit, eas acquirit, quia pro Bullam accidentibus revalidantur ea, quæ Commissarius paulo ante suspenderat.

Porro plura hic sunt clara, plura sub controverbia, de quibus breviter, & sigillatim.

§. I.

Quanam Gratia per Promulgationem Bullæ suspendantur, vel non suspendantur, quo ad Saculares.

1. Ex contextu tenoris Bullæ recte Doctores cas Indulgentias, facultates, gratiasque suspendi colligunt, quæ obstant expeditioni hujus Bullæ Cruciatæ, hoc est, quæ illam aliquo tandem modo impediunt, non suspendi vero, quæ nequaquam impediunt,

2. Rursum eas suspendi, quæ à Summo Pontifice, vel ejus auctoritate concessæ sunt.

3. Denique eas suspendi, quæ sunt concessæ Ecclesiis Hospitalibus, Puis Locis, Universitatibus, Confraternitatibus, singularibus Personis in Regnis, locisque in quibus Bulla promulgatur.

4. Hinc ergo suspenduntur Privilegia prædictis concessa celebrandi ante auroram, vel post meridiem, & similia, quæ concedit Bulla, quia illa impedirent Bullæ expeditionem: nam fideles contenti illis suis Privilegiis, non essent valde faciles, ad recipiendam Bullam.

5. Contra, non suspenduntur Indulgentias, Privilegia, & facultates in corpore Juris contenta, quia Commissarius solum suspendere valet illa, quæ speciali auctoritate Pontificis conceduntur, hæc autem in Jure contenta, sunt concessa autoritate quidem ejusdem

Pontificis, sed publica, & veluti communis. Adde, per clausulam generalem non suspendi, ea, quæ in Jure, continentur, nisi corum fiat mentio, ut docet Bartholus a communi-
ter receptus, & Castropalaus, b aliique; hanc sententiam quod per Bullam non suspendantur, c & multi apud Gallegum sequitur Diana, c & multi apud Gallegum, d qui recenset alias facultates concessas in dicto communi Jure, quamvis sciama, Mendo contrarium sentire, sed contra illum late agit Bardi. e

6. Nec item suspenduntur facultates ab solvendi, dispensandi, commutandi, quas habent. Episcopi, quia facultates hæc non conceduntur, nec locis, nec singularibus personis, sed Dignitati Episcopali.

7. Nec denique suspenduntur Indulgentiae & gratiae, quas aliis concedunt dieta Episcopi, quia Commissarius solum suspendere potest, quæ concedit Pontifex.

8. Gratiae, quæ sunt omnino dissimiles il- lis, quas concedit Bulla, qualis est V. G. facultas testandi. Missas celebrandi cum Altari portacili, ingrediendi Moaasteria Monialium, non suspenduntur; si quidem hæc non impediunt expeditionem Bullæ. Quando ergo in hac decimarteria Claustra dicitur, suspendi gratias similes, vel dissimiles, intelligitur de dissimilibus quoad modum; sic enim impedirent Bullæ expeditionem, qualis est V. G. facultas celebrandi duabus horis post meridiem, cum Bulla: Commissarius solum Personis, Qualificatis concedat per horam unam. Uci diximus sup. c. 5. §. 6. n. 2. Hæc sunt fere certa ex Castropalo f breviter collecta. f

9. Jam dubitari potest z. An suspendantur Indulgentiae, quas possunt Fideles acquirere, exhibentes aliquod opus pium dum habent numismata sacra, Imagines, Coronas, grana, &c. quibus affixit Summus Pontifex Indulgentias.

10. Respondeo. Suspendi docent Castropalaus, g & Bardi, b quia hæc sunt concessæ singulis Personis eas Imagines deferentibus: nam Bullæ tenor ait, le suspendere Indulgentias singulis personis concessas. Verum non suspendi, unde has acquiriri sine Bulla, docent Trullen, Rodri, Riccius, adducti a Bardi l. c. quia non singulis personis, sed omnibus Christi Fidelibus, sub illa tamen conditione, si illas Imagines habeant, ex Indulgen-

CAPUT DECIMUM QUARTUM §. I. ET II.

dulgentia conceduntur. Hæc posterior sententia est mihi probabilior.

11. Dubitari potest Tertiò, de Jubilæo, quod toti Reip. Christianæ soler concedi à Pontifice.

Reipondeo. Hoc non suspendi, certum sit, atque adeo non esse opus Bulla ad illius Indulgentias, & Privilegia lucranda. Ratio est, quia hoc non conceditur determinatis locis, vel personis, sed omnibus totius orbis Fidelibus. Ita Gallegus afferens paxim, qua Commissarius Cruciatæ non impedit Jubilæi publicationem nec addit, se requiriere Bullam, ut in aliis Indulgentiis requirit.

12. Dubitari potest Quarto, de Altaribus privilegiatis.

12. Respondeo. Suspendi docet De Lugo, b & Bardus, c quia hæc Indulgentia est concessa loco peculiari, affectu que alios pro hac sententia, inter quos numerat Diana. d Sed certè Diana e alio in loco docet, non suspendi, sicut ibidem Resol. 23. sustinet, Altare e Idem p. Priviliegatum non suspendi per annum Sanctum.

13. Dico igitur, esse probabile, non suspendi, adeoque pro Altari Priviliegato nos Bull. l. 1. non indigere Bulla. Ita sustinet, præter dictum Diana, Trullen. f Quintanad. g Galleg. h Ratio est, quia est probabile, Bullam solum suspendere Indulgentias pro vivis, non na. in app.

verò pro defunctis. Confirmat Gallegus l. c. quia Bulla dicit suspender indulgentias concessas locis, vel personis singularibus; at Indulgentia Altaris latè claus. Priviligiati non conceditur particularibus personis, sed animabus Purgatorii. Anima autem in communi, & humano modo loquendi (moraliter, inquit Gallegus, loquor non Metaphysicè) non est persona absolutè dicta. Bene est; Sed illud, (moraliter non Metaphysicè loquendo, Anima, nec est, nec dici potest completere, & absolute persona (quamvis sua partiali subsistens non careat) sed incompletè solum.

14. Dubitari Quinto, potest de pauperibus. Respondeo. De his dixi satis sup. c. 3. §. 7. nu. 12.

15. Dubitari Sexto, potest de Privilegiis quibusdam introductis ex legitima confusione, an scilicet illa per bullam suspendantur?

Respondeo. Si sint contraria Bullæ, (de quibus hic sermo esse debet) ita, ut ejus expeditiōnē impedian, suspenduntur ex Bardis qui in secunda editione mihi videtur ali. i Bard. p. quantulum obscurè loqui; Andreas autem 3. tr. 1. c. 2. Mendo k ab eodem bardi citatus absolutè do. sec. 1.

cet, non suspendi. Idemque tenet l Gallegus. k Idem Ratio hujus sententiae esse potest, quia intro. ibid in ducta per consuetudinem non sunt immēdiatè concessa à Papa. Bulla autem videtur ratione n. solum suspendere, quæ immediatè à Papa 17.

l Gal. claus. dub. 175.

§. II.

Quanam Privilegia suspendantur, vel non suspendantur per Bullam, quoad Religiosos.

1. IN prædicta Clauſula duodecima in fine, sic à prædicta suspensione excipiuntur Facultates Religiosorum Mendicantium, & consequenter Religiosorum, etiam non mendicantium, qui cum illis communicant in Privilegiis, sic, inquam, excipiuntur: exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus, quoad eorum Fratres.

2. Nomine Mendicantium hic intellige Primo Quatuor Ordines, puta Carmelitarum, S. Augustini, S. Dominicæ, seu Prædicatorum, S. Francisci, seu Minorum, qui Mendicantes dicuntur c. unic. de Relig. Domib. in 6. Intellige Secundò alios, qui à Summis Pontificibus Mendicantes dicti sunt in particularibus Bullis, inter quos sunt Minimi, seu Fratres S. Francisci de Paula ex Declaratione Pii V. & ex eodem est nostra Societas. Intellige Tertiò illos omnes Religiosos, qui communicant in Privilegiis Mendicantium, hæc enim Exceptio, de qua loquimur, Privilegium sine dubio est.

3. Nomine Fratrum Intellige omnes Personas Religiosas, sive constitutas in factis, sive non, sive Clericos, sive Conversos, seu Laicos, sive moniales, sive novitios, novi m Lud. a tiasque. Ratio est, quia favor hic ex contextu Cr. de Bullæ conceditur Religiosis, at hi omnes ve. Bulla d. 1. niunt nomine Religiosorum, & sic, utpote in c. 9. du. 4. refavorabili, etiam Novitiis. Non intelligo Villal. tr. autem Tertiarios, & Tertiarias, qui non sint 27. claus. Religiosi Religiosam Professionem emittentes. Ita Lud. à Cruc. m & alii. §. 13.

Dd 3

4. No-

4. nomine facultatum, quæ excipiuntur à prædicta suspensione, veniunt, non solum quæcumque alia Privilegia, verum etiam Indulgentiaræ, quæ dictis Religiosis, quatenus Religiosi talium ordinum sunt concessæ, haec enim certè facultates, & gratia sunt. Ita & Ludov. à Cr. l. c. du. 1. n. 6. quæ suspendi à Commissario possunt, at posse sunt etiam Indulgentiaræ prædictæ.

1. §. 9. dub. 5. Dices. Verba Bullæ excipientia Religiosos diriguntur ad Superiores Ordinum Mendicantium, ergo dicendum est, illas solas facultates, & Indulgentias excipi, quæ conceduntur Superioribus, licet pro subditis, non vero, quæ ipsis subditis immediatè conceduntur.

Respondeo. Ex intentione Pontificis voluntatis, esse Religiones exceptas ab hac suspensione, manifestè appetit, excipi etiam, quæ immediatè conceduntur Religiosis, ratione tamen ipsius Religionis, non vero quæ na. in Ap. ratione ipsius Personæ particularis. Ita Quintana ad Iustitiam adiuventis b. alios citans. Addit idem Auctor, bil. & In- id declarasse, & concessisse Leonem X. Midul. Regu- noribus, atque adeo omnibus communicantibus cum ipsis.

concessa. 6. Ex his ergo collige. An secularis Bulla c. Trull. l. carens possit absolvvi ab illis Religiosis, qui e. du. 1. habent per sua Privilegia facultatem absolu- nu. 3. Ro- vendi, &c. Nihil hic dicimus, an secularis drig. in possit acquirere Indulgentias concessas Ec- expl. Bull. Ecclesiis, seu Monasteriis, ea V. G. tali die vi- §. 12. nu. tanto, &c. nam de his jam §. præc. n. 3. vidi- 4. Gal. mus, illas acquirere sine Bulla secularis ne- claus. 12. quaquam posse. Loquimur ergo hic solum du. 17. de prædicta facultate absolvendi potestas.

d. Henr. l. Respondeo. Negant non pauci et non pau- 6. c. 16. ci d' autem concedunt; Ego, licet negantes n. 4. & l. probabiliter loqui, fatear, quia Pontifex ex- 7. c. 28. cipit solum facultates, quoad Fratres: tamen n. 7. plures concedentes loqui item probabiliter puto: etians. quare sine Bulla posse, circa secularis, a Re- Lud. à Cr. ligiosis exerceri sua prædicta Privilegia, tu- 7. c. du. 2. tum erit; id quod mutans sententiam alibi n. 6. Sanc. etiam docuit Rodriguez modo et citatus. in sum. l.

7. Prædictorum Doctorum suas quique 6. c. 54. proferationes assert: illa mihi sufficiens vi- nu. 62. detur, quia Pontifex, ut supra vidimus, eas e. Rodriguez. facultates a Commissario suspendi concedit, in Addit. que sunt concessæ Ecclesiis, Monasteriis, ad Bull. Locis piis, Universitatibus, particularibus ibid. personis. At haec facultates Religiosorum sunt

concessæ toti Ordini Religioso. Nemo autem Ordinem V. G. S. Francisci nominavit Eccle- siam, vel Monasterium, vel locum pius, vel Universitatem, vel singularem personam, sed Religionem, sed Ordinem, sed familiam Reli- gionis, &c. Adde Praxim timoratorum Religiosorum, qui suis prædictis Privilegiis utuntur sine scrupulo, etiam in Ordine ad sacerdotiales non habentes Bullam. Quæ conti- nuata praxis potuit certè legitimam consue- tudinem introducere.

8. Posse tempore Interdicti sine Bulla Re- gulares suis quibusdam Privilegiis uti, que pro illo tempore habent qualis est V. G. Pul- satio Campanarum in aliquibus festivitatibus tempore Interdicti occurrentibus, sequitur ex dictis, & confirmat sancitatem probabilitetis Mendo, licet neget Bardi, id quod quia est rara praxis, satis sit, hos Autores indicasse.

CLAUSULA DECIMAQUARTA.

Item, mandatur à Summo Pontifice, ut Summa- rium Bullæ (sane in vulgari Sermone impres- sum, & sigillo Commissarii, vel ejus Delegati munitione) per omnes Christi-Fideles ad pre- dictum Bellum contribuentes, qui huic modi gratiarum participes esse, voluerint, recipia- tur, & retinatur.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

De Receptione, & Retentione
Bullæ.

§. I.

Bulla, quæ est recipienda, debet esse scripta, in pressa, &c.

i. **Q**uanvis, ut privilegium habet vim, f. Sanc. non sit semper necessaria, scriptura, l. 8. man- nifi forte in foro externo, ut appa- dis. 19. reat, quale nam illud sit; tamen in hisce no- n. 20. stris Bullæ Privilegiis necessaria est receptio Bullæ scriptæ, & impressæ, ac sigillo, nomi- neque Commissarii, vel ejus Delegati firma- tæ. Ratio est man. festa, quia sic expresse vult Pontifex, & clare enuntiat Commissarius Cruciaræ, dum in Sumario vulgari, quod Fidelibus in Sicilia distribuitur, sicut habet.

Dicitur-